



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1566 usque ad annum 1572

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118634

§. 45. Initia reformationis Carmelitarum Discalceatorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67213](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67213)

Sæcul. XVI.
A. C. 1568.

invenire possent eandem vitæ austeritatem, ac disciplinæ reformationem, quam alibi juxta propriæ suæ voluntatis impulsu quærent, unde ipsius consilium sequerentur, præcipue, cum a summo Pontifice, ac supremo Ordinis Carmelitani Præposito arctiorem disciplinam denuo reducendi, necnon veteris regulæ disciplinam ad primævum suum splendorem revocandi facultatem obtinuisset.

§. XLV.

*Initia reformationis Carmelitarum
Discalceatorum.*

Ambo hi Patres Carmelitæ lubenti animo Sanctæ Theresiæ consiliis a-
quiescebant, omnino parati ad exequenda ea omnia, quæ ipsis præscribere vellet: itaque Theresia eos Vallisoleum, ut ibidem reformati Carmeli habitum induerent, quantocius ducit, & postea illos, ac præcipue Sanctum Joannem a Cruce Duruelum, seu Dorvelum exiguum Abulensis Diœcesis oppidum unacum Constitutionibus a se conscriptis transmittit. Hæc prima erant initia reformationis, quam Carmelitæ Discalceati profitentur, ita nuncupati, eoquod depositis calceis nudipedes incedant. Demum die trigesima Novembris Divo Andreæ Sacra,

*Baillet vie
des Saints
15. Octobr.
& 14. Dec.*

X 3

quæ

Sæcul. XVI.
A. C. 1568

quæ illo Anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo octavo in primam Adventus Dominicam inciderat, primum restaurati Carmeli Monasterium Durueli erigebatur, cum Divi Petri Cathedralam moderaretur Pius V. summus Pontifex, qui horum consilium approbat. Postquam ergo novæ hæ Carmelitarum Discalceatorum soboles adveniant, Sanctus Joannes illarum Caput totam sequentem noctem in oratione cum eis absumebat, altera vero die, quæ erat Dominica, sacro solemniter peracto coram eis publicam severioris disciplinæ professionem emittebat, ac Deo tanquam unico suorum votorum scopæ, necnon Beatissimæ Virgini perpetue reformati Carmeli Protectrici, necnon Carmelitarum Generali tanquam suo Superiori pollicebatur, quod veterem Ordinis Regulam ad literam observare velit, quo etiam tempore nomen assumpsit Joannis a Cruce.

§. XLVI.

Congregatio Clericorum Sancti Majoroli, seu Somaschorum.

Spond. ann. hoc ann. n. 18. Arg. Turtur vit. Paul. E. mil.

Die sexta Decembris Pius V. Constitutionem edidit pro Congregatione, quæ circa Annum Domini millesimum quingentesimum vigesimum octavum in Orphanorum subsidium ab Hieronymo